



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Basilij & Gregorij Theologi societate, qui cum summa vtrique doctrina  
claruissent, Nicæni cōcilij decreta strenuè propugnabant. Capvt XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

## SOZOMENI HISTOR.

ribus ad ecclesiam accedens, munera Sacrae mensae obtulit, venit cum Basilio in colloquium, & eum tum ob sapientiam quod tanto cum ornatu, tamque decenter sacerdotio fungeretur, conuentusque ageret, laudauit: Sed tamen haud diu post, aduersariorum calumnia inductus, ita sit eum in exilium ire: noxque iam aduenerat, qua istud perfidere constituit. At ex improviso febri occupatus est filius eius, indeque in morbum repentinum & periculosum contractus. Pater igitur filium adhuc viuentem lugens, se humili prosternit. Cumque animo dubio esset & perplexo, laboraretque omnibus modis vita filij consulere, facit pote statem suis familiaribus, ut Basiliū accersant, ut filium de cumbente inuisat. Nam quem nuper cotuimelia affecerat, ei pra pudore veritus est ipse per se istud imperare. Simul ut aduenit Basilius, fit puer morbus remissior: adeo ut multi tunc affirmarent, quod puer non interieret, nisi imperator Arianos pro puero vna cum Basilio precatiros vocasset. Fama est præterea prefectum in morbu eodem tempore etiam incidisse: sed cum supplex à Basilio petiuisse, ut pro se oraret, conualuisse. At ista fortasse, dum in Basilio considerantur, non tantum habere videbuntur admirationis, præsertim cum esset vir & ipsa viuendi disciplina sanctissimus, & propter doctrinæ præstantiam summè ab omnibus prædicatus.

*De Basilij & Gregorij Theologi societate, qui cum summa utrique doctrina claruissent, Nicenī cōsilij decreta strenue propugnabant.*

### CAPVT XVI.

**E**odem tempore vixerunt & iste Basilius, & Gregorius, parique virtutis studio accensi, magna nominis celebritate fuere. Nam ambo, cum adhuc adolescentes essent, Himerio & Proxresio sophistis id temporis facile præstantissimis se in disciplinā Athenis tradebant: postea autē Antiochiae Libanior Syro. Tandem & sophistarum arte, & dictione causarum neglecta, se pīce viuendi rationi, quā lex præscribit ecclesiæ, se dedebant. Periò autem, cum aliquando in disciplinis philosophorum Gentiliū versati fuissent

fuisse, & sanctarū literarum explanationes ex libris tum  
Origenis, tum corum, qui & ante illum, & post, in libris  
ecclesiasticis interpretandis magnam sunt laudem con-  
secuti, accurate didicissent, in eo quidem ipso tempore con-  
ciliij Nicenij fautoribus multum adiumenti attulerunt.  
Nam uterque hanc doctrinā contra Arianos strenue de-  
fendebat, perspicueque demonstrabat, quod neque de aliis  
rebus, neque de opinionibus Origenis, quibus in primis  
nibantur, recte vereque sentirent. Quinetiam communī  
cōsensu, vel sorte potius, ut à nonnullis accepi, pericula in-  
ter ipsos partiebantur, & Basilius urbes Ponti peragrans,  
nō solū multos ibi monachotū cōuentus cōstituebat, verū  
etiam populu rūm docere, tū persuadere, vt eandē fidei do-  
ctrinā, quā ipse, amplectetur. Gregorius autē, qui episco-  
patū Nazianzi (quod est oppidū patruū) post patrē obti-  
nuit, ea ipsa de causa cū alia loca rūm Constantinopolim  
maximē omniū, ubi cōtinēter fetē versabatur, adjit. Atque  
breui post multorū episcoporū suffragijs illius ciuitatis e-  
piscopus designatus est. Nā cū neq; catholicus episcopus,  
neque ecclesia orthodoxorum in ea urbe esset, periculum  
erat, ne de cetero doctrina concilij Nicenij ibi prorsus ex-  
ploderetur.

*De persecuzione, Antiochia, quam Orontes am-  
nis alluit, suscitata, & Thomae Apostoli templo  
apud Edessenos, & conuentu ibidem congrega-  
to, & Edessenorū confessione.*

CAPVT XVII.

**V**BI autem imperator venit Antiochiam, omnes omni-  
no, qui in cōcilij Nicenij doctrina p̄stabant, tū in ea  
ciuitate, tū in urribus finitimiſ grauiter exagitauit, il-  
lisque cuiusque modi irrogauit supplicia: adeo ut nonnul-  
li affirmet complures eorum eius mandato, partim aliis  
modis trucidatos, partim in Orontem fluum projectos  
fuisse. Porro autem cum esset certior factus, illustrem esse  
Edessā ecclesiam Divi Thomae nomine nuncupatam, ad  
eam visendam se contulit. Qua in urbe omnibus ec-  
clesiæ orthodoxis ablatis, cū vidisset populum ecclesiæ ca-  
tholicæ in campo ante ciuitatem conuentus egisse, dicitur  
verbis